et te ī nobis viſione continua et
felicitate ꝑpetua | Deo gr̄as alla ict

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Apocalypſis b̄ti iohānis ī
qua bella et incendia īteſti
na eccl'e ſue deus verbis figu
riſq; revelaꝛe dignatus eſt
Septem michi ſr̄ euſebi vident' eſſe
diuiſa ~~perioch~~ periochis. In quaꝝ pͣ
poſt ꝑfacione copioſam. qua ad ro
borandam fidem fragiliū dn̄i paſſio
nes et poſteriores glorias enumerat
ſimilem filio hoīs eccl'a cernit ſcāꝝ
qui commemoratis hiis que ſpecialit' in
ſeptem aſie geſta ut gerenda ſint ec
cleſijs. generales totius eccl'e luctus
deſcībit et palmas. Ubi ſexto loco con
ſulte ſubiciendos eccl'e iudeos et tē
tacione orbi vniuſo futurā ſe ꝑmit
ſit cito et venturū. Septimo autem
tepidam ponit laodiciam ꝑ filius aūt
hoīs veniens putas inueniet fidem ī ter
ra. In ſcd'a aūt periocha deſcptis ī ſede
dei quatuor aīalibꝫ. et xxiiii ſeniorib;
agnū videt apientis ſeptem ſigillis libri
ſignati. conflictus et triumphos eccl'e
reſerente futuros. Ubi iuxta cōſuetudinē
libri iſti᷒ uſq; ad ſextū numt' ordinē cu
rodit. et ꝑmiſſo ſeptīo recapitulat
ac duas narrac̄oes q̄ ordinē ſeruans
ſeptione cōcludit. Sed et ipā reca
pitulacio pro locis ītelligenda eſt.
Aliquādo enī ab origine paſſionis
aliqn̄ a medio tp̄e. aliqn̄ de ſola ipā
nouiſſiā preſſura. aut ūo mero ante
dicturus recapitulat. Illud tamē ſeu
ſeruat ut a ſexto recapitulet. Ter
cia vero periocha ſub ſpecie ſeptē an
geloꝝ tuba canenciū varios eccl'e
deſcībit euentus. Quarta ſub figu
mulieris parientis ⁊ draconis eam
ꝑſequentis. euſdē eccl'e labores et
victorias apit ⁊ vtriq; milicie pre
mia digna rependit. Ubi ſeptē quoq;
angeloꝝ dicta cōmemorant' ⁊ facta
et ſi nō parit' ut ſup̄. Nunc enim
myſtica ſollercia num' pene vbiq; ſer
uat. tū et moris euſdem iohānis in
euāgelijs quoq; et ī epl'is nichil

tepide et breviter dicere. Quinta enim
apocalypsis per septem angelos septem plagis
novissimis terram percutit. Sexta dampna
tionem meretricis magne id est impie civi
tatis. Septima ornatum uxoris agni
scilicet ierusalem de celo a deo descen
dentis ostendit. Septem quoque regulas
tyconii viri inter suos eruditissimi
quibus ad intelligendas scripturas studiosi
plurimum adiuvantur breviter commemoran
das putavi. Harum prima de domino et eius corpore
est. quando a capite ad corpus ut a
corpore transitur ad caput. et tamen ab
una eademque persona non receditur. Una
enim persona loquitur dicens. sicut sponso
imposuit michi mitram. et sicut spon
sam ornavit me ornamento. et tamen
quid horum capiti quid corpori id est quid
christo quid ecclesie conveniat utique intelligen
dum est. Secunda de corpore domini bipertito vel
potius de domini corpore vero atque simula
to ut sancto augustino magis appellari
placuit. Dicit enim ecclesia fusca sum
et speciosa ut tabernacula cedar ut pel
les salomonis. Non enim ait fusca
fui et speciosa sum. sed utrumque se esse
dixit propter communionem sacramentorum et
propter temporalem commixtionem una inter
retia piscium malorum et bonorum. Et tab
ernacula quippe cedar ad ysmahelem
pertinent qui non erit heres cum filio libe
re. Tercia est de promissis et lege que
alio modo de spiritu et littera ut de gratia
et mandato potest appellari. Hoc au
gustino magna questio magis quam re
gula que solvendis est questionibus
adhibenda videtur. Ipsam est enim quam
non intelligentes pelagiani ut condide
runt suam heresym ut auxerunt. Quar
ta est de specie et genere. Species enim pars est.
Genus autem totum cuius ea pars est sicut
unaqueque civitas pars est totius provincie
et unaqueque provincia pars est totius orbis

unde et in notitiam vulgi verba venerunt ista
ut etiam idiote intelligant quod specialiter quod
generaliter in quocumque precepto imperiali sit
constitutum. Fit hoc etiam de hominibus sicut
ea que de salomone dicuntur excedunt eius
modum. et potius ad christum et ecclesiam cuius
ille pars est relata clarescunt. nec species
semper exceditur. Sepe enim talia dicuntur
que ut ei quoque ut ei fortasse tantum
modo apertissime congruant. sed cum ab
specie transitur ad genus quasi adhuc de specie
loquente scriptura. ubi vigilare debet lec
toris intentio. Quintam ponit regulam
quam de temporibus nuncupat. Potest autem
ut michi videtur etiam de numeris ap
pellari. hanc troposynodoche vel le
gittimis numeris vigere. aut parte to
tum aut toto partem. quo locutionis modo
etiam illa de ~~resurrectione~~ resurrectione
christi solvitur questio. Pars enim novissima diei
qua passus est nisi pro tota die acci
piatur id est adiuncta etiam nocte preterita.
et nox in cuius parte ultima surrexit nisi
totus dies accipiatur. adiuncto scilicet
illucescente die dominico non possunt esse
tres dies et tres noctes quibus se in cor
de terre predixit futurum. Legitimos autem
numeros dicit quos eminencius divina
scriptura commendat. Sicut septenarium
ut denarium ut duodenarium quibus plerum
que ut universitas temporis ut rei alicuius per
fectio designetur. sicut septies in die lau
dem dixi tibi. nichil est aliud quam semper
laus eius in ore meo. Tantundem autem va
lent et cum multiplicantur sive per denarium
sive per septuaginta et septingenta unde
possunt et septuaginta anni iheremie
pro universo tempore spiritaliter accipi quod est
apud alienos ecclesia. sive per se ipsos sicut
x per x centum. sicut xii per xii ~~et centum~~
quadraginta quatuor quo numero signatur
universitas sanctorum in apocalypsi. Sextam re
gulam tyconius recapitulationem vocat

Sic enī dicunt᷑ ī sc̄pturis quedam q̄
sequant᷑ ī ordīe temporis ut rerū conti
nuacōe narrent᷑ cū ad ea que p̄termis
sa sūt narracio reuocet᷑ sicut ī genesy
dicit᷑ Isti filii noe ī tribubꝫ et linguis
suis ab h̄is diuise sūt īsule gentiū sup̄
terram Et statim erat aūt omīs t̄ra
labii vnius et sermonū eorūdē Ita dic
tū videt᷑ tamq̄ eo iā t̄pe quo dispsi
sūt vna fuerit oībꝫ lingua cū potius
recapitulando latent᷑ adiungeret qua
lit᷑ sint lingue diuise Secūda eiusdem
regula ē de diabolo et eius corp̄e Ali
qn̄ enī ī diabolū dr̄ qd̄ nō ī ipō sed
ī eius corp̄e possit agnosci Sicut dn̄s
beato iob eiusdem hostis fraudes et
vires exponens int᷑ alia dicit Numqd
ad te p̄ces multiplicabit aut loquet᷑
tibi mollia Non enī ip̄e diabolus
legit᷑ uspiam penitenciā acturus sed
corpus ipius qd̄ dampnatū ī fine dictu
rū sit Dn̄e dn̄e aperi nobis Has
igit᷑ regulas nō ī apocalypsi tantū
id ē reuelacōe sc̄i iohannis ap̄li quā
idem tyconius vnicu᷑ intellexit & ve
raciter satisq̄ catholice disseruit p̄te
rea dum tangat loca ī quibꝫ sue p̄tis
id ē donatistarum scisma defendē nisus
p̄secuciones quas ipī religioso ua
lentino p̄ncipe p̄tulerūt ut heretici
ecclesiis eorum & ~~plebs~~ plebibus domibꝫ
q̄ꝫ & possessionibꝫ sub catholicorum manu
contradicis et sacerdotibꝫ exilio retru
sis deflet & martyria uocans has in
eadem gloriat᷑ apocalypsi fuisse pre
dictas Verū ī omī quoq̄ scriptura ca
nonica & p̄cipue p̄phetica easdem vi
gere regulas quisq̄ vigilant᷑ intende
rit inueniet Cuius quidē auctoris et nos
ī hoc opere secuti nonnulla q̄ extrinse
cus posuit breuiandi causa omisimus
Plura uero que de illi tropice viro
ingenioso et qui sicut de eo dictum

est veluti rosa ī spinis efflorunt.
apta nec quesitu digna uidebant᷑ quā
tū ut magistrorum tradicōe ut memoria
lectionis ut etiam captu nr̄i sensus at
tinge potuimus sup̄ addere curauimus Qua
et hoc ī p̄ceptis habemus ut p̄cepta ta
lenta cū usuris referamus ad dn̄m Cui
opus memoratū ī tres libellos ~~rele~~ re
leuande mentis gr̄a fundi placuisset
Nescio quo enī mō ut beatus augus
tinus ait Ita libri termino reficit᷑ lecto
ris intencio sicut labor viatoris hospicio
Nichilominus tamē ut facilior querenti
bꝫ inuencio redderet᷑ eadē capitulorum
ī memorata series iuxta qd̄ ī ipso libel
lo quondā p̄positus breuibꝫ distinc
tam p̄ omnia videbat᷑ esse seruanda
Nr̄e siquidē id ē anglorum gentis iner
cia consulendū ratus et nondū lon
ge id ē temporibꝫ bt̄i gregorii pape
semen accepit fidei Et idē qn̄tū ad
lectionē tepide satis excoluit Non
solū delucidat᷑ sensus verū sentencias
quoq̄ stringē disposui Nam et apte
magis breuitas q̄ disputacio plura
memorie solet īfigi Opto ī xp̄o vale
as dilectissime fr̄ Bede q̄ tui semp̄ me
mor ēē digneris

Exul ab humano dū pellit᷑ orbe iohēs
Et uictitus ephori est q̄re regna soli
Intrat ouans celi dn̄o dilcs ī aulam
Regis & altithroni gaudꝫ adeē choris
Hīc ubi subiectū sat᷑ lumina uergit ī orbē
Currē fluctiuagas cernit vbiq̄ rotas
Et babel ac solimā mixtis cōfligē castris
Atq̄ hinc virbꝫ tela fugamq̄ capi
Sed mitē sequit᷑ miles q̄ candidus agnum
Cū duce p̄cipiet regna bt̄a poli
Squamens ast anguis p̄ tartara ceci
Submerget flamis peste simulq̄ suos
Cuius q̄ facies stadiū ordo ue duelli p̄te
ris queue phalanx palma ut arma fo
rent Inde dū cuperē ueterum sata lata pagina
Cecropsi campis germina pauca sacris

[illegible]

Copia ne potior generet fastidia mensis
Communa aut tenuem tenuia pane vetet
Nostra tuis ergo sapiant si fercula labris
Donanti laudes da super astra deo amicos
Sin alias animos tamen amplexatus
Hec cano corripiens puniri frange fero

Apocalypsis ihesu christi quam dedit illi deus palam facere servis suis. Fundata per apostolos ecclesia quia licet cursu dilatata iam fine persistenda esset ad roborandos contra mundi adversa fidei predicatores oportuit revelari. Cuius revelationem mysterii iohannes more suo filii gloriam ad patris patrem referens. ihesum christum a deo percepisse testatur. Que oportet fieri cito. Id est que in presenti tempore sunt ecclesie ventura. Et significavit. Misteris eandem apocalypsim dictis involvit ne cunctis manifesta vilesceret. Mittens per angelum suum. Angelus enim iohanni in figura christi visus est. sicut in sequentibus manifestius apparebit. Servo suo iohanni. Ut per iohannem qui singularis privilegio castitatis hoc precateris ceteris meruit eadem omnibus suis palam faceret servis. Qui testimonium perhibuit verbo dei. et testimonium ihesu christi quecumque vidit. Ne de persona iohannis dubites. ipse est qui verbo dei eterno et incarnato sicut vidit testimonium perhibuit dicens. cuius gloriam vidimus gloriam quasi unigeniti a patre. Beatus qui legit et audit verba prophetie huius. Ideo doctores et auditores beati sunt quia verbum dei servantibus tempus breve laboris gaudia servit eterna. Iohannes septem ecclesiis que sunt in asia. Per has vii ecclesias omni ecclesie scribit. Solet enim universitas septenario numero designari quia septem diebus cunctum hoc seculi tempus evolvitur. Gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est et a vii spiritibus etc. Gratiam devotis optat et pacem a deo patre eterno et spiritu septiformi et ab ihesu christo qui in homine suscepto testimonium perhibuit patri. Filium tribus locis nominat. nominat de quo erat plura locuturus. Nominat et novissime quod ipse sit primus et novissimus quia iam nominavit illum in patre. dicendo qui venturus est. Primogenitus mortuorum et princeps regum terre. Hoc est quod apostolus paulus ait. Vidimus ihesum christum post passionis mortem gloria et honore coronatum. Et alibi contumeliam crucis exponens ait. Propter quod et deus illum exaltavit et donavit illi nomen quod est super omne nomen. Et fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo. Qui una rex regum et sacerdos celestis se offerendo pro nobis suo corpori nos adunavit. Nemo sanctorum est qui spiritalis sacerdotii officio careat cum sit membrum eterni sacerdotis. Ecce venit cum nubibus et videbit eum omnis oculus. Qui iudicandus primo venit occultus tunc iudicaturus veniet manifestus. Hoc ideo commemorat ut ad tolerantiam passionum confirmet ecclesiam. Quam ab hostibus oppressam tunc cum christo regnaturam. Et qui eum pupugerunt et plangent se omnes tribus terre. In eadem illum forma videntes iudicem potentem quem velut minimum iudicaverunt sero semetipsos penitentia lamentabuntur. etiam amen. Quod certissime novit deo revelante futurum interponens amen: firmat sine dubitatione venturum. Ego sum a et ω initium et finis dicit dominus deus. Initium quod nullus precedit. Finis cui nullus in regno succedit. Qui est et qui erat et qui venturus est omnipotens. Hoc idem dixerat de patre. Deus enim pater et venit et venturus est in filio. Ego iohannes frater vester et particeps in tribulatione. Personam locum tempus causam que visionis insinuat quia se etiam in spiritu vidisse testatur. ne a carnali fantasmate putaretur.